Utrum epy^e morbus seu pestilencie ab influencia supercelestium proveniat effective
Respondendo ad istam questionem ponam tres articulos In primo ponam
declaracionem istius termini epidimie ad causas epidimie seu pestilencie In 2^o
articulo ponam remedia propria epy^e sive pestilencie ad regimen et preservacionem
eius In 3^o quedam alia Quantum igitur ad primum articulum est primo
notandum quod pestilencie causa sive epy^e dicitur diciturque esse triplex secundum hoc triplicis
appellatur hoc nomine epydimia Una namque causa est radix superior et celestis tunc et
proprie dicitur epydimia et dicitur apidimia ab epy quod est supra et dimia pestis
nimia quia violenter occidit Alia causa est radix inferior tunc proprie
dicitur pestilencia quasi pestis lenta quia leviter affligit ad similitudinem pacientis
et media Tercia causa est utraque radix scilicet tam superior et celestis et
inferior et terrestris Tunc epydimia dicitur pestilencia vel postulencia quia
membra humana sua putredine depascat vel quasi patula pestis sive
patens pestis quia tunc omnibus patet et tunc epydimia pestilenciam debet denominari
Secundo notandum quod aliqua una causa epy^e seu pestilencie ut
tactum est est radix superior tunc et illius radicis due est causa prima est
causa vel naturalis et talis secundum philosophum est coniunctio superiorum planetarum
ut magne mortalitatis seu epy^e Anno domini 1 3 4 5^o ita fuit con-
iunctio trium superiorum planetarum ut Saturni Iovis et Martis videlicet 2^o die
mensis marcii in aquario prima hora post meridiem que fuerit causa magne
et inaudite pestilencie sic unquam ab origine mundi audita fuit quia vix
quarta pars hominum tocius mundi superremansit et quasi omnes parentes inimici
homines sine medicis moriebantur et sine sacerdotibus sepeliebantur pater non
visitavit filium nec filius patrem propter contrarium fuit caritas mortua fuit
eciam medicus et verecundosa per medicos qui pro timore inficiendi exire
non audebant et nichil vel parum proficiebant sicut narrat Guido de
Chauliaco in libro sue cirurgie tractatu 3^o Doctrina 2^a capitulo 4^to de apos-
tematibus pectoris Ubi quandam de ista magna mortalitate facit trans-
gressionem a qua quando magna et mortalitate multe alie mortalitates traxerunt
originem et eventum que postea in diversis temporibus gentes infectas
reddiderunt ut Anno domini 1 3 6 2^o tempore Innocencii 6^ti anno 8^o
subsecuta 2^a mortalitas virtute prime quia motus maxime et impressiones mala
priori in aere et ex consequencia malas formarum in locis multis et ex
fortunis tali de novo supervenientibus Deinde 3^a post Anno domini 13
7 3^o tempore domini Gregorii pape Anno 3^o supervenit 3^a mortalitas que
in impressione malam per plures infectam communiter ex virtute prime quasi
magna et ex quando fieri mala Ioh... in signo Tauri Deinde vero
et quarta subsecuta est mortalitas Anno 1 3 8 2^o domini Clementis
septimi anno eius 4^o ex radice superiori Secunda causa prime radicis
est apparicio impressionum ignitarum ut cometarum et aliarum que causa talis est quod
sicut quod tangit Aristoteles in commentariis suis super primo methaurorum Cometa fiat
multitudinem et sicut ibi et ideo aer indisponitur unde ex tali indisposicione aeris se-
quitur mortalitas et pestilencie Alia causa sive eciam talis est Quando apparet
cometa tunc multa exalaciones ventuose et quedam venenosa admiscentur aeri
et illum aerem inspirant animalia viventia super terram Modo ut dicit dominus
Albertus in libro de sensu et sensato homo aliquis moritur ex aere venenoso